



COtiso temporibus Iulij Cæsaris rex fuit potentissimus Getarum & Dacorum, quæ Germania quoq; provinciæ fuerunt. qui & ipse tempore belli ciuiliſ Romanorum magno animo regni ſui fines extendere cœpit. Cum autem poſtea Cæſar Auguſtus Iulij auunculi ſui necem ſumma uî uindicare conaretur, armis ciuilibus totus orbis concuſſus fuit. Itaq; Cotiſo ſeſe cum reliquis Germanis fœdere iungens, diſſidentes Romanos armis obruere ſtauit. Propterea quotieſcunq; Danubius gelu conſtiterat, & ripas iunxerat, Cotiſo cum ſuis flumẽ tranſgreſſus, uicinas Romanorum provincias depopulari ſolebat. Contra hoſ Auguſtus Cæſar quinquaginta millia militum Lentulo duce miſit, ut Germanorum ferociam retunderent. Cum itaq; aliquoties infeſtis animis concurriffent, tandem Daci ultra ulteriorem ripam pulſi, ac multa præſidia ad Danubium à Romanis conſtructa fuere. de eo bello Horatius ad Mecœnatem ſcribit:

ginta millia militum Lentulo duce miſit, ut Germanorum ferociam retunderent. Cum itaq; aliquoties infeſtis animis concurriffent, tandem Daci ultra ulteriorem ripam pulſi, ac multa præſidia ad Danubium à Romanis conſtructa fuere. de eo bello Horatius ad Mecœnatem ſcribit: